Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et exaltati deficientes quemadmodum fumus defici
ent. Mutuabitur peccator et non soluet iustus autem mi
seretur et retribuet. Quia benedicentes ei hereditabunt
terram: maledicentes autem ei disperibunt. Apud dominum
gressus hominis dirigentur: et viam eius volet. Cum ce
ciderit non collidetur: quia dominus supponit manum suam.
Iunior fui etenim senui: et non vidi iustum derelictum:
nec semen eius querens panem. Tota die miseretur
et comodat et semen illius in benedictione erit. Decli
na a malo et fac bonum et inhabita in seculum seculi. Quia
dominus amat iudicium: et non derelinquet sanctos suos in
eternum conseruabuntur. Iniusti punientur: et semen
impiorum peribit. Iusti autem hereditabunt terram: et
inhabitabunt in seculum seculi super eam. Os iusti meditabitur
sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium. Lex dei eius
in corde ipsius et non supplantabuntur gressus eius. Consi
derat peccator iustum: et querit mortificare eum. Dominus
autem non derelinquet eum in manibus eius nec dampnabit
eum cum iudicabitur illi. Expecta dominum et custodi vi
am eius: et exaltabit te vt hereditate capias terram:
cum perierint peccatores videbis. Vidi impium super
exaltatum et eleuatum sicut cedros libani. Et transiui
et ecce non erat quesiui eum et non est inuentus locus eius.
Custodi innocentiam et vide equitatem: quoniam sunt reli
quie homini pacifico. Iniusti autem disperibunt: sil'
reliquie impiorum interibunt. Salus autem iustorum
a domino: et protector eorum in tempore tribulationis. Et adiu
uabit eos dominus et liberabit eos: et eruet eos a pecca
toribus: et saluabit eos qui sperauerunt in eo.
Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua